Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Tribuerat namque nobis has
aquas spontaneas quas modo
vultis furtim bibere. Igi-
tur ascendentibus illis de navi
et considerantibus in quam parte
iterum essent, occurrit eis se-
nex nimie gravitatis ca-
pillis niveis colore et facie
clarus. Qui tribus vicibus
se ad terram prostravit ante-
quam oscularetur virum Dei. At
vero sanctus Brendanus et qui cum
eo erant elevaverunt eum a ter-
ra. Et cum osculati se invicem
essent, tenuit manum eiusdem
senis et ibat cum illo per spa-
cium unius stadii ad monas-
terium. Tunc Brendanus restitit ante
portam monasterii cum fratribus
suis et dixit seni: Cuius est istud
monasterium aut quis preest i-
bi? Aut unde sunt qui com-
morantur illic? Ita pater
diversis sermonibus senem inter-
rogabat et numquam potuit
ab eo ullum responsum acci-
pere, sed tantum incredibili man-
suetudine silentium insinuavit.
Statim ut agnovit sanctus
pater illius loci decretum,
fratres suos ammonebat di-
cens: Custodite ora vestra
a locutionibus, ne isti fratres per ne polluantur
vestram scurrilitatem. His
dictis, ecce XI fratres occur-
rerunt obviam cum capsis et
crucibus et ymnis dicentes
istud capitulum: Surgite sancti
de mansionibus vestris et pro-
ficiscimini obviam veritati.
Loca sanctificate, plebem bene-
dicite, ut nos famulos ve-
stros in pace custodire
dignemini. Finito iam versi-
culo predicto, pater mona-
sterii osculatus est sanctum Bren-
danum et suos socios per
ordinem. Similiter et sui fa-
muli osculati sunt famu-
liam sancti viri. Data pace
invicem duxerunt illos in
monasterium sicut mos est in